

suam laedi existimet, huic Placetum Regium non officit: utpote sola jura publica attingens; privatus vero quibusque jus suum conservans, eisque integrum permittens, jus suum coram legitimo iudice prosequi.

XVII. Ut id certius constet, nullusque dubitandi locus relinquatur, solet ipsi litteris Placeti ad hanc clausula finalis: *Salvo jure partis qua opponere poterit quidquid opponendum judicaverit.*

XVIII. Senatus Brabantiae nomine Regis litteras Placeti annuens, hanc cautionem addit, quod "si occasione hujus provisionis quaestio incidat, ea instituenda & agitanda sit, in possessorio quidem coram ipso Senatu Brabantiae; in petitorio autem coram iudice Ecclesiastico competente in Brabantia residente. Et si quaestio per appellationem ad Curiam Romanam foret devoluta, tunc ea coram iudicibus Delegatis & competentibus atque itidem in Brabantia residentibus prosequenda erit.

XIX. Hic laculenter ostenditur, Regis voluntatem haud esse, ut subditi sui praetextu Bullarum, aut Placeti super earum executione concessi, perviam facti, sive extra Juris ordinem, per Provinciarum inveteratos more & privilegia stabilitum, suis juribus priventur, aut laedantur.

XX. Id conforme est juramento quo Princeps Belgii in sua inauguratione se astringunt, quod nemini subditorum tractabunt, aut tractaturi sunt, praeter ordinem Juris singularum civitatum & tribunalium, ubi materia incidens agitari debet.

XXI. Haec cautio insuper ostendit, clausulam signaturae, sive Bullae, qua designantur Executores, qui le causa sive in possessorio, sive petitorio cognoscant, hinc partibus nullius aut exigui esse effectus, quemadmodum hoc titulo cap. 4. notavi.

XXII. Subinde inspectis Bullis sive litteris provisionis judicatur, earum quidem executionem non omnino impediendam, aut Placetum negandum; sed concedi posse cum quibusdam limitationibus vel modificationibus, non ut auctoritati Apostolicae aut ejus Provisionibus aliquid de-

trahatur, sed ut earum executio cujusque Provinciae jurebus, consuetudinibus, & publico regimini accommodetur.

XXIII. Edicto Caroli V. 20. Octobris 1541. cavetur, ut in omnibus litteris placitis, concedendis super executione Bullarum sive Provisionum Apostolicarum de Beneficiis Curatis & Ecclesiis Parochialibus inferetur, quod impetrans tenebitur residere in loco suae Curiae, nec possit per alium jubere eam exerceri.

Eodem Edicto mandatur, Litteras Placiti non concedi super privilegio non residendi in Beneficiis curatis, nec super dispensatione in aetate, aut infirmitate idiomatis; vel concessione coadjutoriae praebendarum aliorumque simplicium Beneficiorum. Habetur Edictum volum. 1. Edictorum Flandriae lib. 3. Rubrica 1.

XXIV. Placet ejusdem Caroli V. super usu privilegiorum nominandi, quae a Sede Apostolica Facultate Artium in hac Universitate Lovaniensi concessa erant, plures articuli inserti sunt, quibus usus illorum Privilegiorum certis legibus & limitibus circumscribitur.

Si Conciliorum Registra revolvantur, infinita prope modum reperientur Placita quibus executio Bullarum sub nonnullis limitationibus aut modificationibus, Provinciarum & Ecclesiarum jurebus & privilegiis accommodatis conceditur.

XXV. Notandum, quod refertur in Registro Ms. Archiepiscopatus Mechliniensis Cent. 3. art. 1. Cum quidam anno 1624. postulasset in Concilio Sancti Litteras Placeti super Bulla provisionis Beneficii vigore factae resignationis, quae una continebat derogationem Regulae de 20. datum fuit Placetum adjecta hac clausula: Sine praedictio juris Contententium, qui rationes suas haecenus deductas poterunt allegare coram iudice competente sive in possessorio, sive in petitorio: ita tamen, ut si decisio causae dependeat a puncto derogationis Regulae de 20. Diebus in Bulla contenta, Judices nihil resolvere poterunt, nisi prius Regem consuluerint adjecto proprio iudicio. Id ipsum in eodem Concilio Privato resolutum fuit 19. Junii 1646.

28. Advocati suas Advocacias aliis in feudum dabant; & Subadvocatum constituunt.

29. Plures subinde Subadvocati constituti: sed ne numerus excreset, cavebant Fundatores.

30. Jura Subadvocatorum limitabantur.

31. Propter Advocatorum excessum libertatem non habendi, vel eligendi Advocatum Monasteria desiderarunt.

32. Id exemplis ostenditur.

33. Interdum ipsi Principes sibi Advocaciam reservabant.

34. Advocacia omnium Ecclesiarum ab Imp. delata Duci Brabantiae.

35. Concordatum inter Praelatos & Ducem Brabantiae super jure Advocaciae.

36. Hujus Advocaciae reliquia.

37. Quod remedium, ne Advocati Ecclesias in rebus temporalibus gravent.

I. Omen ipsum Juris Patronatus eo sensu, quo accipitur sub titulo Decretalium De Jure Patronatus, & hodie passim a Canonistis & Theologis intelligitur, non reperitur apud antiquos Auctores Canonum & Legum, ait Eruditus Franciscus Florens de Tractatu antiquo Jure Patronatus: monetque nomen Patroni, quod in Cap. 1. & 2. De Jure Patronatus apud Gregorium extat, desisse in Collectione prima & in integris Canonibus, qui extant in Concilio Cabilonensi 2. sub Carolo Magno, & Triburienfi sub Arnulpho. Fuit autem haec dictio Patroni addita a Raymundo Decretalium Collectore, facilius intellectus causa: quia aetate Raymundi nomen Patroni in ea significatione, quam hodie habet, invaluerat.

II. Verum licet nomen Patroni in hodierna significatione ignotum esset, res ipsa tamen non erat omnino incognita; adeo ut hic applicari queat illud S. Augustini Tractatu in Joannem: "Quamvis Parochia & Monasteria novis nominibus appellata sunt; res tamen ipsae ante nomina sua errant.

III. Fundatoris enim & foundationis nomine Veteres quidem utebantur, at ea ferè iis tribuebant jura, quae ipsis hodie Patronis tribuuntur. Non quidem quod hodierna Patronorum jura pristinis Ecclesiarum seculis nota, & secundum modernam disciplinam ordinata fuerint, quod non nisi sensim accidit, sed quod in antiquis Canonibus ac monumentis occurrant multa, quae ipsum Jus Patronatus, licet non nomine, re ipsa tamen in hodierna etiam acceptione notum fuisse ostendunt; ipsiusque initia & progressum satis probant.

IV. Imprimis legimus primis seculis, jura quaedam honorifica ipsis Ecclesiarum Fundatoribus fuisse concessa ex virtute gratitudinis, ut loquitur Guilielmus Parisiensis lib. De Moribus cap. 9. Et Alexander III. in Cap. 24. De Jure Patronatus in prima Collectione apud Antonium Augustinum ait, Sanctos Patres aliqua Patronis reservasse, quae planè observentur.

V. Sic legimus, nomina & elogia Fundatorum in eorum Ecclesiis solemniter sub initium seculi 5. fuisse inscripta; uti testis est, qui sub id tempus floruit, S. Paulinus epist. 10. & 12. quin & a Fundatoribus ceperunt, etiam antiquissimis temporibus, ipsae Ecclesiae nomen suum mutare, atque titulus Ecclesiae nomen Fundatoris praefere. Unde inter titulos, sive Basilicas Romanae Ecclesiae numerantur Basilica Constantiniana, titulus Damasi, titulus Equitii, titulus Pastoris, titulus Vestinae, titulus Eudoxiae, titulus Lucinae & Fasciolae; nomine petito a Fundatoribus, sive masculis sive foeminis.

Haec Florens loco citato, qui pluribus exemplis aliarum Ecclesiarum, quae a nomine Fundatorum jam pridem appellatae sunt, id ipsum confirmat: notatque, quod is solus Van Espen Jur. Eccl. P. 15

honor Patrono, ut de nomine ejus Basilicae, id est, Ecclesiae, Oratoria, Monasteria denominarentur, ab initio videatur attributus. Huic tamen mox quaedam alia jura honorifica accessisse patet ex dicendis cap. 6. ubi de hisce jurebus tractabitur.

VI. Quin & jus nominationis seu (uti hodie vocatur) praesentationis a seculo 4. aut saltem initio 5. Fundatoribus delatum fuisse, credit Franciscus Le Roy Antecessor Aurelianensis in Prologomenis ad titulum De Jure Patronatus cap. 2.

VII. Probare id videtur Canone 10. Concilii Arausiaci 1. anno 441. in quo decernitur, Episcopum non esse prohibendum in alieno territorio Ecclesiam aedificare, "servata (ait aedificatori) Episcopo hac gratia, ut quos desiderat Clericos in se sua videre, ipsos ordinet is, cujus territorium est vel si ordinati jam sunt, habere acquiescat.

Quin & Episcopo aedificatori jus planè simile juri hodierno praesentationis reservetur, negari nequit: adeoque jus illud jam seculo 5. Fundatoribus deferri cepisse constat.

VIII. Sed id specialiter Episcopo aedificatori indultum fuisse credit Franciscus Florens, eo quod idem Canon loquens de secularibus Ecclesiis aedificantibus, nihil illis simile annuat. Imò quod Can. 26. Concilii Arelatensis 11. ann. 452. eundem Canonem confirmans addit hac clausula: "Et si quid Ecclesiae fuerit ab Episcopo conditore collatum, is in jus territorio est, auferendi non habeat exinde potestatem. Hoc solum aedificatori Episcopo credimus reservandum." quasi ex professo aedificatorem alium praeter Episcopum ab hac gratia excludat. Ita Florens.

Veni si rectè verba expendantur, nescio, an ipse laicus aedificat eo Canone submoveatur. Quidquid sit, id inficias ibi tamen, quin hisce Canonibus ut minus fundamentum juris praesentationis, quod potiore ipsius juris Patronatus ptionem constituit, fundamentum positum sit.

IX. Im enim Episcopo gratia haec ratione aedificatae Ecclesiae aliena Diocesi data esset, vix fieri potuit, quin hoc exelo idem jus ad alios Fundatores, eadem suadente ratione, tenderetur.

Et saeculo 6. sub Justiniano Imperatore, Monasteriorum cenochiorum, & Ecclesiarum Fundatoribus competere jus designandi Administratores, Praefectos, & Presbys, manifestum est ex L. 46. Cod. De Sacros. Ecclesiarum Justiniani Novellis; ac notanter Novella 57. cap. 2. iuberet a Fundatoribus idoneos in Ecclesiis, quas fundavit, nominari & eligi non quidem quoslibet indifferentes dignos ex Episcopi Diocesani iudicio & examine pandos: Ut non (ait) profanentur sancta Dei, sed intacta & ineffabilia tremendaque constituta, sancta, & amabiliter & venerandè tractari.

X. Iam inculcat Novella 123. c. 18. qua non tantum Fatoribus, sed etiam eorum heredibus permittit, ut Clerici nominent & eligant: idoneos vero nominatos ab Eppis ordinari & consecrari vult.

XI. Illud in Hispania quoque seculo septimo stabilitum & evincit Decretum Concilii Toletani IX. quo decet Can. 2. "ut quamdiu earumdem Fundatores in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locum permittantur habere sollicitam, & sollicitudinem, neque praecipiam; atque Rectores idoneos in iisdem Basilicis offerant Episcopis ordinandos. Quod si forsitan non inveniatur ab eis, tunc quos Episcopus probaverit Deo placitos sacris cultibus instituat, eorum conniventia servituros. Quod si sprete eisdem Fundatoribus Rectores ibidem praesumpserit Episcopi ordinare, & ordinationem suam irritam moverit, et ad veterandiam sui alios in eorum loco, quos ipsi Fundatores condignos elegerint ordinari." Resa Gratiano Can. 32. caus. 16. q. 7.

TITULUS XXV.

De Jure Patronatus.

CAPUT I.

De Origine Juris Patronatus, & de Advocatiis Ecclesiarum.

- 1. Nomen Patroni, uti hodie sumitur, multis seculis ignotum.
2. Res tamen significata non ignota fuit.
3. Fundatoribus olim tributa, quae hodie Patrono competunt.
4. Jura quaedam honorifica olim Fundatoribus ea.
5. Nomina Fundatorum Ecclesiis inscripta, quae eorum nomine appellata.
6. Ante saeculum 6. Jus Praesentationis concessisse Fundatori nonnullis visum.
7. Jus illud seculo 5. competisse Episcopo Fundatori, certum est.
8. An etiam laicis Fundatoribus?
9. Tempore Justiniani Imp. praesentatio Fundatoribus laicis competebat.
10. Competebat etiam eorum heredibus.
11. Saeculo 7. illud jus erat receptum in Hispania.
12. Fundatoribus erat jus petendi alimonia.
13. Erat ipsis & eorum heredibus jus defensionis

- 14. Ob hoc jus defensionis Fundatores appellati sunt Advocati, Patroni, & Defensores.
15. Praeter Fundatores fuerunt jam pridem specialis Defensores.
16. Saeculo 5. hujusmodi Defensores petiti a Concilio Carthagenensi.
17. His Defensoribus semper licebat ingredi locum iudicii.
18. Assumebantur ex numero Scholasticorum seu Causidicorum.
19. Hi postmodum dicebantur Advocati.
20. Defensores primitus in causis Civilibus Ecclesiis patrocinabantur.
21. Sequentibus seculis assumpti viri potentiores quae Ecclesias contra oppressiones defenderent.
22. Horum Advocatorum sit mentio in antiquis legibus Longobardorum.
23. Ratio constitutorum Advocatorum.
24. Otho I. Imp. ad instantiam Fundatoris Abbatis Glemblacensis dat ei in Advocatum Comitum Lovaniensium: ubi & scopus Advocacia exprimitur.
25. Advocati etiam jus dicebant.
26. Advocatis sua jura assignabantur.
27. Advocati variis praesentibus plura extorquebant.



XII. Qui & ibidem *Can. 30.* ex Concilio Toletano IV. *Can. 37.* refert statutum, ut Fundator ad egestatem redactus ab Ecclesia alatur, de quo jure infra *cap. 6.*

XIII. Ex citato Concilio Toletano *Can. 1. & 2.* videmus, eo tempore Fundatoribus eorumque heredibus jus fuisse animadvertendi in conservationem locorum à se vel parentibus in Ecclesiam collatorum: "Filiis vel nepotibus ac honestioribus propinquis ejus qui construxit, vel dicitur vit Ecclesiam, licitum sit hanc bonam intentionem habere solertiam, ut si Sacerdotem, seu Ministrum aliquid ex colatis rebus praeviderint defraudare, aut commotionis honeste conventionem compefcant, aut Episcopo vel judici corrigenda denotent. Quod si talia Episcopi agere tentet, Metropolitanus ejus hæc infinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia agat, Regis hæc auribus intum mare non differant. De hoc jure Fundatorum latius agemus infra *cap. 6.*

XIV. Illud interim hic notandum, ex hac ratione & patrocinio Ecclesiarum sive rerum ad eas spectantium, nomen *Patroni.* Defensoris, Advocati & Custodis Fundatoribus datum fuisse; hodieque passim jura, quæ olim Fundatoribus data fuerunt, Patronis tamquam Fundatoribus tributa esse: adeoque sentim nomine Fundatoris quasi oblitterato, nomen Patroni solum retentum esse.

XV. Id nihilominus negari non potest, primæ & mediæ seculi datos fuisse Ecclesiis speciales Defensores, qui & dein Advocati dicti sunt, sed à Fundatoribus, & modernis Patronis planè diverfos.

XVI. Sub initium seculi 5. Patres Africani in synodo Carthaginensi resolverunt, ut eorum Legati "petent ex nomine omnium Provinciarum à gloriosissimis hyperantibus, ut dent facultatem *Defensores* constituendi *Scholasticos*, qui in actu sunt, vel in munere defensionis, causarumque more Sacerdotum Provincia, iidem ipsi qui *defensionem* Ecclesiarum susceperint habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quod necesse sit flagaverit, vel ad oblitendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicium secretaria. Finalia verba Codex Græcorum ita expressit: *Secreta judiciorum ingradis.* Ut autem notat Zonaras ad hunc Canonem, *Secretum* apud Latinos est *judicii locus.*

XVII. Postulant ergo Patres Africani, ut eorum Defensores semper possint ingredi *locum judicii*, sive ut possint habere accessum ad iudicium, & causarum expeditionem.

XVIII. Præterea petant, ut Defensores constituere queant ex Ordine *Scholasticorum*, id est, Causidicorum, more *Sacerdotum Provincia.* Erant enim inter ipsos Gentiles, Sacerdotes *Provinciales* sive *Provinciæ*, quorum curæ suberant templa, acque sacra in Deorum templis peragenda. Hi autem in Africa eligebantur & ordine Causidicorum ex Constitutione Constantii in *L. 46. Cod. Theod. De Decurionibus.* Patrum postulis annuit Imperator, permittens, ut more Sacerdotum Provincia, *Defensores* Ecclesiarum ex numero *Scholasticorum* eligerentur, Constitutione relatâ in *L. 3. Cod. Theod. De Episcopis.*

XIX. Hi Defensores postmodum dici cæperunt *Advocati*, ut legitur in Capitularibus Regum Francorum *lib. 7. cap. 397.* "Pro Ecclesiarum causis ac necessitatibus eorum, atque fervorem Dei, Executores, vel *Advocati* seu *Defensores*, quoties necessitas ingruerit, à Principe postulantur.

Et hinc fortè invaluit, eos omnes appellari *Advocatos*, qui alium quoquo modo defendunt, ut innotet *Franciscus Le Roy* in dictis Prologomenis *cap. 10.*

XX. Interim ex citato Canone Africano patet, Defensores præcipuè assumptos, ut in causis *Civilibus* defensionem & patrocinium Ecclesiarum susciperent, essentque; ut hodie loquimur, Ecclesiarum speciales *Causidici* seu *Advocati*: & ipsi pro Episcopis & Clericis in iudicium comparant;

& causas prosequerentur; quod minus conveniens Episcopis & Clericis credebatur: de quo plura habentur apud *Du Cange* in Glossario, verbo, *Advocati.*

XXI. Porro cum successu temporis compertum esset, Ecclesias frequenter amplius potentiam, quam facultatem pro rerum suarum conservatione adversus potentum ac divitum oppressionem indigere, cæperunt non amplius à Scholasticis, sed à Proceribus & Optimatibus Defensores Ecclesiarum eligi: qui ob defensionem & patrocinium Ecclesiis impendendum, exemplo pristinorum Defensorum, dicti quoque fuisse *Advocati*: atque hi sunt, qui à recentioribus Scriptoribus vocantur *Ecclesiarum Advocati, Vicedominii, Custodes, & Guardias* habentes, qui omnes junguntur in *Cap. 23. De Jure Patronatus.*

XXII. De his Advocatis extat specialis titulus *47. lib. 2. Legum Longobardorum*, qui inscribitur, *De Advocatis & Vicedominis*: atque *cap. 5.* "Omnibus Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero, omnino præcipitur, Vicedominos, Præpositos, *Advocatos* sive Defensores bonos habere, re non crudelēs, nec cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes; sed Deum timentes, & in omnibus justitiam facientes vel diligentes.

XXIII. Dein *cap. 9.* ratio redditur cur expediat Clero hujusmodi Advocatos habere: "Quia Episcopi & universi Sacerdotes ad *solam* laudem Dei, & bonorum operum actionem constituuntur.

XXIV. Ipsi Fundatores, ut magis cautum esset rebus Monasteriorum aut Ecclesiarum, interdum Advocatum designabant, eumque auctoritate Principis confirmari petebant. Exemplum illius occurrit apud *Miræum* in Codice *piarum donationum cap. 32.* ubi refertur diploma quoad instantiam *S. Wiberi* Fundatoris Monasterii Gemblacensis, *Otho I.* Imperator & Rex Lothariensis & Francigenarum dedit Advocatiam ipsius Abbatiæ de Gembloues Lambertus Comiti Lovanensi, viro forti & bellicoso, (ait) vice nostrâ, contra omnium inquisitionem, adiutor eorum sit ac defensor.

In ipsa præfatione idem Advocatiæ scopus exprimitur his verbis: "Ne aliquando secularis potentia homines aliquâ persuasione, vel injustâ dominatione perturbent quibus etem Fratrum.

XXV. Advocati autem non tantum Monachos & Ecclesias ab infestationibus & irruptionibus defendere debent; sed insuper ipsis nec non eorum colonis & aliis eorum subditis justitiam administrare, uti multis ostendit *Du Cange* in Glossario, verbo, *Advocati*; & passim in omnibus foundationum antiquarum diplomatibus indicatur.

XXVI. Ne porro *gratis* iudicia seu placeta tenere viderentur, certa jura ipsis constituta fuere; ac ordinatè tertia pars *banorum* sive multarum, quæ in reos sive injustè litigantes decernebantur, ipsis concessa fuit.

Reperitur apud *Miræum* in codice *piarum donationum cap. 95.* charta *Conradi Imp.* quâ anno 1145. confirmat *Marinam* & alia prædia Monasterio *S. Remigii Remensis* donata. In hac charta dicit Imperator: "Nostrâ discretionis est, legaliter providere tam legitimum Monachis Advocatum, qui potius prodesse noverit, quam obesse, potius a loditum tueri, quam vastare.

Tum deinde describit quid *Advocaria* debeatur: atque inter alia ait "In talibus scilicet *Placitis* generalibus, quantumvis servitium determinatum, tertiam pecuniæ partem, in talibus *placitis* generalibus acquisita, recipiet Advocatus... Si effusio sanguinis, seu banni infractio, seu latrocinium infra a loditum emerferint, placitare non poterit Præpositus sine Advocato; & exinde tertiam partem recipiet Advocatus. "Pluribus hæc ostendit *Du Cange* loco citato, ac dein notat, quod Ecclesiarum Prælati, dum hæc tenebantur *Placita* sive iudicia, Advocatis & eorum famulis certa ac definita cibaria exhibere tenerentur.

XXVII. At Advocati hisce non contenti, variis prætextibus jura augebant, variisque taxas exigebant; ipsaque Monasteria

Monasteria & Ecclesias mirum in modum sæpe gravabant; & qui facultates eorum tueri debuissent, eas potius rapiebant: & ex Defensoribus directores facti videbantur.

Hinc in citata charta *Conradi Imperatoris*: "Exactio- nes, tallias, quas quidam precarias, vel petitiones nominant, vel accubitus vastatorios, Regia censura contradicunt, cit penitus Advocato." De hoc excessu Advocatorum sub idem tempus scilicet seculo 12. querelæ passim in Pontificum, Conciliorum ac Regum, quin & Fundatorum diplomatibus occurrunt; ut videre est apud *Du Cange* loco indicato, quibus jungi potest *Decretalis Lucii III. in Cap. 23. De Jure Patronatus.*

XXVIII. Quin & Advocati, præcipuè personæ illustres, advocaciones suas aliis in Beneficium seu in feudum dabant. Hujus exemplum occurrit in charta *Adelberonis III. Metensis, Episcopi*, in qua explicat jura ad Monasterii *Trudonensis* Advocatum, & Subadvocatum pertinentia, anno 1069. ubi meminit cujusdam *Odonis eandem Advocatiam in Beneficio* habentis: apud *Miræum* in *Notitia Ecclesiarum Belgicarum cap. 90.* Et apud eundem in *Diplomatibus Belgicis lib. 1. cap. 33.* notum facit *Baldwinus Pius Comes Flandriæ* quod Advocatiam Monasterii *Eihamen-* sis sibi retineat, sed tamen Subadvocatum statuat *Arnulphum de Aldenardis*; cui *injungimus* (ait) *Supplere vicem nostri, in parvis tantum negotiis, nobis majora refer-* vantes.

Rationem præmiserat: "Sed qui vicini ejusdem Ecclesie, siæ non nullas molestias ei inferunt, pro quibus ad nos sepe recurrere vos oportet, nos verò circa curam nostri principatus occupati de singulis minutis rebus non valemus ad adiutorium vestrum venire, aliâ viâ aggressi sumus vobis consilium facere.

XXIX. Cum autem ejusdem Monasterii aut Ecclesie plura essent nonnumquam prædia à se invicem, & à Monasterio distita, contingebat, prætextu facilioris tuitionis, ab eodem Advocato plures dari Subadvocatos; quorum numero non raro Monasteria & Ecclesie haud modicè gravabantur: adeoque nonnumquam in ipsâ fundatione numerus determinabatur.

Hujus rei testimonium suppeditat diploma *Othonis I. Imp.* quo constituit vice sua Advocatum Monasterii *Gemblacensis Lambertum Comitem Lovanensem*, eâ adjectâ conditione, "ut Comes *Lovanien-* sis nunquam in Advocatiam *Gemblacensem*, præter unum *Subadvocatum* habeat: id est, ut donum hujus Advocati à Rege (qui major Advocatus est) plusquam ad tertiam manum numquam deveniat.

XXX. Dein adjicit, quod "Subadvocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud juris habeat, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium unum, gallinam unam, avenæ sextarium unum.

XXXI. Verum cum experientia quotidiana doceret, quod neque Canones, neque Principum Edicta, neque Fundatorum leges sufficerent Advocatorum excessus comprimere; tandem Monasteria & Ecclesie vice privilegii habuerunt, à similibus Advocatis liberari; aut saltem posse pro suo arbitrio, quem vellent, Advocatum eligere; neque posse eum *Placitum* nisi invitatum tenere.

XXXII. Apud *Miræum* in *Notitia Ecclesiarum Belgicarum cap. 87.* exhibetur diploma *Henrici III.* in quo deplorat, *Nivellensem* Abbatiam multis calamitatibus fuisse attritam, prædia multa à Comitibus fuisse occupata, quæ restitui mandat; ac dein subjungit: "Non sit ibi Advocatus quisquam vel Comes, nisi quem Abbatissâ elegerit; nec requirat ipse Advocatus vel Comes aliquod iudicium vel placitum, nisi invitetur ab Abbatissâ vel Præposito. Sit ab omni potestate Comitum vel Advocati ulterius libera; nisi invitenter justitiæ causa.

Et quidem *cap. 101.* extat instrumentum dotationis Collegii *Canonicorum* *Lenensis* in *Arthesia* per Comitem *Bolonæ*, quo "liberam potestatem concedit *Canonicis* *Van Espen Jur. Eccl. P. II.*

sumendi quemcumque voluerint Advocatum, qui tam diu & non ulterius, eorum rebus vel eorum causis præsit, quamdiu eis placuerit.

XXXIII. Videri etiam potest diploma *Godefredi Barba-* ti *Lotharingiæ & Brabantæ Ducis*, quo *Montem S. Guiberti* immunitate ac privilegio anno 1123. honorat; atque inter alia decrevit, ut "Uno me excepto, nullus ibi quidquam juris haberet; *Advocatum nullum*, nisi me suscipere. Per *Abbatem* & per me, si necessitas exigeret componenda componerentur, corrigenda corrigerentur." Apud *Miræum* in *Codice Piarum Donatione cap. 76.*

Hic obiter notandum, quod ad Monasteria quæ ipsos Principes Supremos pro Advocatis seu Protectionibus habere alludat *Synodus Tridentina Sess. 22. cap. 8. De Reformat.* à visitatione Episcoporum eximens pia loca quæ sub Regum IMMEDIATA protectione sunt, sine eorum licentia.

XXXIV. Refert *Zypæus Respons. De Jure Patronatus n. 15.* quod "Conradus II. Imp. Ducibus *Brabantæ* hujus Advocatiæ concedat in omnes Ecclesias, & Ecclesiasticas personas: earumque bona in suo principatu existentium; sed in gratiam ipsorum. Quia nimis grave eis esset propter distantiam & paupertatem Regem ipsum adire. Ubi & hoc ait, nulli licitum esse alicujus Ecclesie Advocatiam usurpare, nisi banno Regio ad hoc esset institutus. Et infra; mandat ut nomine Imperii ita tueantur, & defendant; ita quod, inquit, ab ipsis nil per potestatem recipiant, aut exigant præter jus Advocatiæ: quia Advocati non debent esse depravatores, sed Defensores Ecclesiarum.

XXXV. Deinde *n. 16.* subjungit: "Cum Duces *Brabantæ* progressu temporis plura exegissent sub *Joan. III.* anno 1336. est transactum, ut per omnes simul *Brabantæ* Prælatos præstitis 600. coreveis, quas angarias vocat, & tantum certorum dierum nutrimentis, ab omni ulteriori onere essent liberi: *salvis coreveis recipi consuetis in expeditionibus; & cavalcaturis publicis, cum eos guerram apertam habere contingeret.*

XXXVI. Hujus Advocatiæ reliquiæ indubiè sunt, quod Prælati in *Brabantia* specialiter ipsum Ducem sive ejus supremum Senatam pro iudice recognoscant. Et in *Tabulis Legum Brabantæ Joannis Ducis* anni 1312. decernitur: "Insuper volumus, ut *Monachi, Moniales, Presbyteri, &* qualescumque Religiosi, si quando offendantur, ad arbitrium nostrum spectent.

"Hinc *Carolus V.* in instructione Præfecti saltuum, venatoris *Brabant.* seu *Warant-meeister* anno 1545. ultim. Febr. art. 1. asserit, quod ab omni ævo *Dux Brabantæ* fuit tutor & protector omnium Monasteriorum, & locorum piorum, & bonorum eorum in *Brabantia*, & per dictum Venatorem ea defendit & protexit, & ideo idem Venator omnes injuriantes ejus punire potest, & de omnibus delictis in Monasteriis ab aliquibus eo venientibus commissis cognoscere, & punire, excluso loci ordinario Officiario, qui nequidem per præventionem punire potest. Ut *Conc. Braban. 1545.* irritam declaravit compositionem à *Majore de Merchten* factam, cum quodam qui filius Monasterii de *Diligem* incidat seu truncat; cuius correctio non erat sub ordinaria jurisdictione, sed Principi Advocato Monasteriorum compeit, qui eam exercet per d. Venatorem.

Hactenus *Zypæus* in *Jure Novo tit. De Foro competentis n. 3.* qui & ibidem subjicit, cur hæc tutio nominatim Præfecto saltuum à Duce demandata sit: "Quæ res (ait) originem eam habuit, quod primi *Monachi & Regulares* solerent in saltibus, & tute habitare, ut semoti à strepitu seculari divinis contemplationibus liberius vacarent.

XXXVII. Porro sicuti contra Abbates seculares, & Commendatarios efficacissimum medium esse diximus *parte 1. tit. 22. c. 6.* si proventus Monasteriorum distribuantur secundum intentionem Fundatorum; similiter nul-